

SCRIPTA

Numéro Scripta : 9023

Auteur(s) : Pierre de Saint-Hilaire [particulier]

Bénéficiaire(s) : Savigny-le-Vieux, Sainte-Trinité de Savigny (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1157, 16 juin

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Pierre de Saint-Hilaire confirme à l'abbaye de Savigny la terre des Châtaigniers avec ses dépendances, qui avait été donnée par Guillaume du Plessis et ses hommes et Normand des Châtaigniers et ses hommes avec l'accord de Philippe de Landivy.

Tableau de la tradition

Original

A. Paris, BnF, n. a. lat. 2292, n° 1.

Éditions principales

a. POULLE, Béatrice, *Le chartrier de Savigny : Liber cartarum, capitula cartarum in episcopatu abrinensis*, édition inédite, p. 37-38.

Dissertation critique

Transcription : Claude Groud-Cordray (*Cartulaire de l'abbaye de Savigny ou Liber cartarum domus Savigneii, episcopatu Abrincensi, n° XXI*)

Texte d'après A

In nomine domini nostri Jhesu Christi notum sit cunctis fidelibus sancte ecclesie presentibus atque futuris quod ego Petrus de Sancto Hylario, pro amore Dei et salute anime mee et omnium antecessorum et successorum meorum atque omnium fidelium christianorum, concessi et dedi ecclesie et monachis Sancte Trinitatis de Savigneio in perpetuam elemosinam terram de Castanis cum pertinenciis suis liberam ac quietam ab omni servicio et consuetudine absolutam, sicut elemosinam Deo dedicatam pro remissione peccatorum nostrorum et redemptionem animarum nostrarum. Quam terram, concedente Philippo de Landavi, donaverunt atque concesserunt eidem ecclesie et monachis Willelmus de Plasseicio et homines ipsius, Galterus scilicet filius Emme et Ricardus frater ejus et Petrus et Nicholaus filii ipsius, et Normannus de Castanis et homines ipsius, Petrus scilicet et Robertus et Rualonus filii Ricardi filii Huelini et Rualonus Corbin et Adhelelmus filius ejus et Bernardus de Capella. Facta est autem hec nostra donatio atque concessio prius in capitulo Savigneii teste ipso capitulo, postea vero est enarrata atque renovata sancto Hylario in domo Ricardi Capellani, anno ab Incarnatione Domini MCLVII, XVI Kal. Julii. Teste Guillelmo de Milleio monacho Savigneii, et Ricardo et Guillelmo capellanis de Sancto Hylario, et Haulfo filio meo, et Hugone de Parigneio, et Charpentario, et Olivero filio Alani, et Guillelmo filio Amis, et Juhello de Landavi, et Jacobo filio ejus, et Rogero de Logis, et Herveo Morini, et Guidone de Logis, et Rualeni Caniog, et Engelberto armigero, et Ricardo nepote presbiteri, et Johanne genero Herberti et Petro filio Billeheut, et Guillelmo

Lebigoth et aliis pluribus. Iterum autem in crastino est recapitulata atque confirmata in eodem capitulo Savigneii teste Rogero de Alneto priore, et Gaufrido de Redonis subpriore, et Roberto de Curaliis cellarario, et Gaufrido de Sancto Albano subcellarario, et Juhello Viario, et Jacobo filio ejus, et Johanne de Logis filiaastro ipsius, et Radulfo filio Rogeri de Serlant, et Herveo Morini, et Ricardo filio Haeis, et Petro fratre ejus, et Godefrido filio Muriis, et Petro Boder, et Vairum, et Graelent de Terra Vuasta, et Petro filio Frogeri, et Roberto de Sancto Dionisio, et Guillelmo filiaastro ejus, et Petro Normanno, et Garino Passamer, et Johanne, et Giroardo de Habitu, et Radulfo Rufo de Tiliolo, et Guillelmo sacellario multiisque aliis.